recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis qualibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Nobilis Nastazia Dubrawska olim Nobilis Andreae Dubrawski cum Nobili olim Catherina Dwernicka procreata filia sua vero recognoscentis Consorti legitima summam Quingentorum florenorum polon. monetae et numeri polonicalis ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptam et in domum suam importatam Nec non aliam similem summam Quingentorum florenorum polon. ratione certi veri iusti dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum qualibet omnium mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumq quarumvis pecuniariarum nunc habitorum et in post habendarum Nec non auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum equorum equitiarum pecorum pecudum atq totius suppellectilis domesticae quocunq nomine vocitetur nunc et in post habendae dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout praesentibus dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus Quam quidem medietatem omnium bonorum suorum haereditariorum obligatoriorum mobilium immobilium cum omni iure dominio et proprietate omnibusq et singulis dictae medietatis utilitatibus fructibus proventibus redditibus usibus emolumentis commodis attinentiisq et pertinentiis qualibet universis nullis penitus exceptis praefata Consors sua tenebit habebit et possidebit illisq utetur fruetur iure ac more aliarum Reformationum antiquitus in Regno Poloniae observari solitarum.

Niechrebeckich Mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Ioannes Niechrebecki ab una et Nastazia Dubrawska olim Nobilis Andreae Dubrawski cum Nobili Catherina Dwernicka procreata filia ab altera parte coniuges legitimi maritus solus per se consors vero cum eiusdem mariti sui personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali

Premislensi Iurisdictioni quo ad actum presentem attinet se cum Successoribus
890 ac bonis suis gntr omnibus totaliter et plenarie subiciendo atq incorporando
palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsiue
suo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et inuicem vna pars alteri omnium
gntr bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium
Summarumq quarumuis pecuniarum nunc et in post habendarum nec non auri ar
genti Clenodiorum vnionum vestium vestimentorum pecorum pecudum Equorum
totiusq Suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae mutuam adui
talitatem et vsum fructum ad extrema duntaxat vitae alterutrius coniugum
tempora tantum modo et non vltra inscripserunt et concesserunt prout praesentibus
inscribunt et concedunt tali videlicet modo Quod si prius praefatum Nobilem
Kiechnbecki maritum quam ipsam coniugem Nobilem Nastasiam Dubrowska de
hac luce decedere contigerit extunc Consors praefata bona gntr omnia ac Summas
quasuis pecuniarias praemissaq omnia superius specificata morte praenominati mariti
sui derelicta cum omni iure dominio et proprietate commodisq et emolumentis gntr
vniuersis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice quoad vixerit
vtifruetur Post mortem vero memoratae consortis bona gntr omnia praemissa supe
rius expressa praefati mariti propria ad Successores eiusdem mariti sine quauis
Contradictione Successorum praenominatae Consortis pleno iure redibunt et de
uoluentur Similiter quoq si prius praenominatam Nobilem Nastasiam Dubro
wska consortem quam ipsum maritum e viuis discedere contigerit extunc
praefatus maritus bona Summas totamq suppellectilem domesticam prae
missaq superius expressa Cum omni itidem iure dominio et proprietate omni
busq et singulis vtilitatibus vsufructibus Commodis et emolumentis generaliter
vniuersis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extre
ma vitae suae tempora vtifruetur Post mortem vero et de hac luce decessum
praefati mariti sui praemissa bona aliaq superius expressa praefatae Con
sortis propria ad Successores eiusdem Consortis sine quauis contradictio
ne Successorum praenominati mariti totaliter et plenarie redire et deuolui re
uoluentur Hac sua inscriptione desuper mediante.

Kiechnbecka